



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque Exercendi se cum fructu in præsentia Dei

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Caput XXXV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

stras in sanctissima fuisse persona illius, propriis ipsius doloribus, sanctificatas. Uno verbo, vivere annitentur, ac mori in perfecta conformitate cum sacratissima Jesu Christi Humanitate.

CAPUT XXV.

Alius excellentissimus modus Deum *Exercitiū*
semper habendi presentem. *IV.*

Ille in eo situs est, ut Deum agnoscamus in rebus omnibus operantem. Hoc est cuncta de manu ipsius recipiamus, neque creaturas, nisi tanquam ipsius instrumenta, consideremus, sed quæcumque nobis eveniant, illius in providentiam cuncta referamus, illique nostram totaliter conformemus voluntatem. Hoc exercitium mirabilis est emolumenti, animum enim semper erectum, & cor nostrum in magna conservat quiete. Est etiam unum è nobilissimis, quæ in vita spirituali usitari solent, quia consistit in actibus trium virtutum Theologicarum, *Fidei, Spei & Charitatis*, quæ cæteris omnibus antecellunt. Particularim id expositum imus.

Fidem hujus exercitii esse fundamentum.

ANte omnia necesse est firmissimam habere fidem istius veritatis, nihil videlicet in hac vita nobis evenire, quin expressa
Dei

Ephes. I.
11.

Dei providentia intercedat, ipsum vel decernendo vel permittendo. Quia ut ait Apostolus: *Operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* Neque proinde dici potest, quidquam fortuito casu evenire; si expendimus ipsum in cuncta, quæ in hoc mundo inferiori eveniunt, oculos semper habere defixos, illiusque providentiam ad cunctos in universum homines ita extendi, ut cujusque in particulari nihilominus tantum curam agat, quasi hic solus esset in mundo; uti dicere velle videtur

Pf. 32. 15.

Qui finxit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum.

Eccli. 11.
14.

Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.

Matt. 10.
30

Et capillus decapite vestro non peribit.

Luc. 21. 18.

Praxis predicto conformis principio.

Ille est, qui immittit bonum ac malum, vitam ac mortem, tristitia ac læta, *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas à Deo sunt.* Idque verum est non de rebus dumtaxat majoribus, verum etiam minimis: ab omni etenim æternitate cuncta, quæ vult in tempore ut nobis eveniant, annotavit, neque unicus ex capite nostro capillus defluit, quin ipse velit.

Praxis, quæ hanc firmam fidem consequatur necesse est, consistit in eo, ut cuncta recipiamus, non quasi ab hominibus, sed quasi procedentia à manu Dei; auspicata proinde ac grata acceptemus cum humili gratiarum actione; adversa verò amoris plena cum resignatione, annitendo ingredi in sanctam providentiæ ipsius intentionem, atque illum inde elicere fructum, quem ille intendit, ubi res hujusmodi nobis immisit. Nonnulli magno cum emolumento sæpius iterare solent hanc orationem jaculatoriam: *Domine sicut vis & sicut scis, sic fiat mihi.*

CIRCA PROVIDENTIAM DEI. 383

Novimus aliquos huic excellentissimo exercitio tantoperè assuetos, ut non solum superioris, verum etiam cujusvis hominis verba Dei verba ipsis videantur.

Ubi etenim eis aliquid imperatum fuerit, confestim ipsum exequi parant, non quia homo est, qui id dicit, sed quia Deus vult, ubi verò, etiam injustè, reprehensi fuerint, correctionem acceperant, tanquam à Deo, non verò ab hominibus.

Ad hæc cum illis in Refectorio cibi ministrantur intra seipsos ita ajunt: " Tu nobis
" summe Pater de cunctis necessitatibus no-
" stris ita commodè prospicis: Panis iste tuâ
" nobis paternâ manu donatur.

*Formula
exempli
pro rebus
prosperis.*

Similiter hyeme igni appropinquantes in-
quunt: " Quàm suavis atque admirabilis in
" cunctis est bonitas tua, Domine! Quid in
" ista vehementia frigoris egissemus, nisi tu
" ignem creasses, ac nisi hæcce nobis tu ligna,
" quibus illum foveamus, subministrasses.

Quin etiam iter aliquando in maximo æstu
faciens non nemo vehementissima torquebatur
siti, cum ecce juxta viam invenit limpidissi-
mum fontem. Verum de agendis gratias Deo
prius cogitavit, quàm de potu, dicendo intra
seipsum: " Heu me! Quàm bonus est Deus,
" quamque providus erga cunctas creaturas,
" quod etiam juxta regiam viam fontes pro via-
" torum solatio collocavit? Ab initio prævi-
" deras, Domine, futurum, ut hicce hodiè mi-
" hi foret necessarius: Bibam ergò ex illo cum
" debita benignissimæ providentiæ tuæ gratia-
" rum actione.

Praxis

*Pulchra
suppositio.*

Praxis ista perquam facillima est, optime quoque refertur ad suppositionem, quam facere possumus. Supponamus, inquit aliqui, miserum aliquem navicularium naufragio in oram aliquam ejectum à beneficio in pauperes Nobili recipi hospitio, qui etiam, ut bene ipsum habeant, promptè ei inserviant, cunctis suis domesticis præcipiat. Hic igitur occurrit, ut ignem accendat, ille mundum offert indusium, alius vestes, iste cibos ministrat, ille potum, alius lectum componit, atq; ita de cæteris. Hic homo non acceptabit hos actus charitatis dumtaxat à manu servorum, sed præcipuam obligationem habebit Patrifamilias, qui ista cuncta sic fieri iussit. Eodem prorsus modo oportet ut omnes creaturas non consideremus nisi veluti domesticas domus Dei (quæ est universus hic mundus) omniaque, quæ ab illis nobis obveniunt, recipiamus non tanquam procedentia ab ipsis, sed ab ordinatione ac decreto specialis Creatoris.

Applicatio.

Ita ubi pium aliquid ex ore Fratris nostri, aut pulchrum sermonem vel ferventem audiverimus exhortationem, dicendum nobis erit: *Ecce quid Deus per os istorum tanquam nuntiorum suorum mihi significet?* Si quis defectus nobis nostros ob oculos proponat, etsi hoc ex officio ei minimè incumbat, dicemus: *Deus est, qui mearum me imperfectionum commonefacit: Quod si defectum, quem ille imponit nobis haudquaquam admisimus, dicemus: Ecce quomodo Deus probare me vult, ut videat an habeam patientiam atq; humilitatem.* Atque ita de cæteris.

Quoad

CIRCA PROVIDENTIAM DEI. 385

Quoad ea, quæ molestiam pariunt, cum eo- *In adver-*
 tum Deus æquè ac aliorum sit author, ea de *sis.*
 manu ipsius humili cum resignatione ac patien-
 tia acceptare debemus. Quod si de suo quid
 admisceant creaturæ, persuasum habere debe-
 mus, id eas non facere nisi tanquam instrumen-
 ta ipsius Dei, prout ait Isaias: *Assur virga fu-* *isa. 10. 5.*
roris mei & baculus ipse est. In manu eorum
indignatio mea. Tamen si verò creaturæ ex parte
 sua sine causa nobis malum inferre velint, non
 tamen fit sine causa ex parte Dei, quia multò
 amplius pœnarum vel unico peccato merui-
 mus, quàm ipse nobis unquam in hoc mundo
 immittat. Quod si illi, quorum operâ hac in re
 Deus utitur, ex parte sua intermiscant peccata,
 uti sit in detractione aut injuria ex iracundia in
 nos coniecta; oportet ut in animo nostro pec-
 catum à nostra afflictione abstrahamus, atque
 illo illic ubi est relicto, nos præcipuè intenda-
 mus ipsi rei, quæ ex Dei mandato nos affligit,
 ut illam tanquam à Dei manu procedentem
 æquo animo toleremus.

Hac ratione se gessit virorum patientissi-
 mus Jobus, ubi omnibus bonis suis nudatus
 fuerat ab hominibus; horrendâ atque atro-
 cissimâ plagâ à planta pedis usque ad verti-
 cem capitis à Dæmonibus afflicto, ac deni-
 que tanquam impietissimus hominum incu-
 satus ab intimis amicis suis, qui ipsum conso-
 lari debuerant. A sola enim Dei manu afflictio-
 nem istam accepit, inquiens: *Manus Dei Job. 19. 21.*
retigit me, neque ullatenus culpam coniecit in
 Diabolum vel etiam homines.

Bb

Ex-

*Exemplū
Iesu Chri-
sti*

Ioan. 18, 11

Excellentius hujus rei exemplum nobis dedit ipse Salvator noster Jesus Christus. Cū enim S. Petrus passioni illius resistere contendere ait ei: *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Ubi observandum est, ab ipso culpam non conjici in Sacerdotes, qui mortem ipsius machinati fuerant: neque in Judam, qui ipsum prodiderat; neque in Judæos, qui ipsum accusabant; neque in liētores, qui ipsum discruciabant; neque demum in Diabolos, qui ipsos instigabant, sed in omnibus his unice attendebat voluntatem æterni Patris sui. Idem quoque ad illius imitationem faciamus oportet quavis in adversitate, quæ nobis occurrit, ingrediendo, quantum possibile est, in Dei circa nos voluntatem,

*Quomodo hoc in exercitio virtus spei
exerceatur.*

Alter actus, quem hoc in exercitio intercurrere diximus, est firma spes in Deum, qua confidimus summam illius bonitatem peregre cuncta ad salutem nostram in quavis via, quam circa nos tenere voluerit, sicut potest ac vult, excellentissime procurandam directuram.

Potest, quia cum in creatione mundi de tenebris lumen eduxerit, difficilius ipsi non erit profectum nostrum spiritualem, atque internam perfectionem ex quibusvis casibus istis, quantumvis differentibus, elicere. E contra cum in omnibus agat secundum infinitæ sapientiæ suæ lumen; immensum in modum melius nobis cognoscit, quid utile nobis sit aut necessarium, Tametsi verò res videantur viis pure humanis

*Deus in
omnibus
rebus agit
secundum
infinitam
sapientiā.*

manis evenire: nihilominus in iis operatur Deus, ut causa principalis, tamen si id modo fiat invisibili: *Attingit enim à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter*, adeò nimirum suaviter, ut sponte suâ res fieri videantur absque ullo ipsius interventu.

Pulchrum rei hujus exemplum habemus in S. Paulo Eremita, quem metu mortis, quam Sororius bonorum ipsius avidus ei conciliare parabat, Christianæ Religionis ipsum eo tempore, quo adversum Christianos sæviebat persecutio, accusando, in desertum haud aliâ intentione, quàm necis effugiendæ causâ, se recipiebat. Quis obsecro videndo quindecim annorum puerum in vastas illas solitudines sese conferentē dixisset, illic à Deo expectari ipsum, ut in magnum Sanctum evaderet? Ita tamen evenit. Neque profectò vel una dies elabitur, qua plures nobis occasiones non obveniant, in quibus peculiariter divina circa nos providentiâ agit, & si modi atque artificia nos lateant.

Neque potest dumtaxat, sed etiam vult hiscè nos viis ad eximiam perfectionem deducere, modò nos ex parte nostra totaliter ei nos credere ac resignare velimus. Non etenim cœcomodo ille agit, quin potius è contrario perfectissimè novit ipse, quo quidvis casurum sit, uti luculenter testatur Vates Regius ubi ait: *In intellectibus manuum suarum deduxit eos.* Ps. 77. 72. Ac Sapiens etiam ait: Cum reverentia ab illo nos tractari haud secùs ac vasa chrySTALLINA aut vitrea pretiosa magnâ tractare solemus cum circumspèctione, quia servare ea volumus non discumpere. *Tu autem Dominator virtutis* Sap. 12. 18.

cum magna reverentia disponis nos. Adeoque nil penitus nobis accidit, quin ipsum Deus simul composuerit, atq; ad salutem ac perfectionem nostram, modò rite eo uti velimus, opportunum judicaverit. Hoc sanè nostram in illius amantem directionem augere supra modum confidentiam debet, ut in omnibus paternam illius providentiam per plenam nostræ cum illius voluntate conformitatem adoremus. Atque istud reverà est, in quo omnis consistit perfectio. Neque enim credendum est, ait S. Theresia, in ipsâ alia arcana vel incognita mysteria delitescere. Hæc totius nostri boni summa est.

*In castell,
anim.
mans. 2.*

Duo exercitii istius fructus.

Dux autem hinc peculiariter emanant prærogativæ. Prima est non exigua interior pax cum admirabili animi moderatione atq; æquitate. Altera est non mediocri virtutis ac meriti incrementum, cum radicatione cordis nostri in Deo adeò profunda, ut nullo inde casu revelli queat.

Ex duobus id elicimus Scripturæ locis, quorum alter est Isaia 48. ubi Deus ita ait: *Ego Dominus gubernans te in via, qua ambulas; utinam attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumen pax tua, & justitia tua sicut gurgites maris.*

*Isa. 48. 17.
18.*

Alter est Jobi 22. ubi dicitur: *Acquiesce Deo & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.*

*Job. 22. 21.
24.*

Quanam ratione hoc in exercitio interveniat charitas.

Consumptio atq; essentialis exercitii istius perfectio humilis est, atque affectuosa in ducta

ductu atq; auspiciis Dei in omnibus tam prosperis quam adversis assensio ac nostri renunciatio. Hæc autem nihil aliud est, quam actus charitatis, quo quidquid fit à Deo diligimus: ita ut res nobis non arideant propter seipsas, sed propter amorem Dei illas ita decernentis. Si quæ verò nobis contrariæ in seipsis displiceant, placent tamen ob Dei illis conjunctâ voluntatē.

Hoc supposito permagni faciendus est Deus, magisque exoptandum, ut illius in omnibus voluntas fiat, quam nostra aut ullius creaturæ. In istâ etenim voluntatum unione propriè consistit verus amor, quæ si disjungi inciperent, mox amor extingueretur aut saltem intepesceret. At Scriptura sancta ait, quod fideles in hoc amore Deo in cunctis rebus acquiescent: *Fideles in dilectione acquiescent illi.* Et S. Augustinus adjungit: Nihil à nobis offerri Deo gratius posse, quam si illi dicamus: *Posside nos* & dispone de nobis, uti de re, quæ tota tua est; adorando illius ductum, ipsiusque gubernationi in cunctis nos submittendo.

Actus, quos in hoc exercitio elicere debemus, esse poterunt similes istis, quos ex sacris Scripturis ac Sanctorum praxi deduximus.

O quam bonus & suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus! Sap. 12. 13

Tua autem, Pater, providentia ab initio cuncta gubernat. Sap. 14. 3.

Iustus es, Domine, in omnibus viis tuis, & sanctus in omnibus operibus tuis. Ps. 144. 17.

Ego non sum turbatus, te pastorem sequens. Jer. 17. 16.

Omni sollicitudinem meam in te projicio: quoniam tibi cura est de omnibus. I. Pet. 5. 7.

S. Gertrud

In omni
eventu
contrario.

Matt. II.

26.

Ps 38. 10.

*Aeterna voluntas tua, Domine, fiat in nobis,**Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te,**Obmutui & non aperui os meum, quoniam**tu fecisti.*

CAPUT XXXVI.

*Monita circa orationem a spirativam.**Monitum primum.*

Aspirationum finem non esse dumtaxat, ut in bono conservemur, sed etiam, quin & amplius, ut in illo proficiamus, atque in Dei amore incrementa sumamus, superius à nobis dictum fuit. Eapropter nequaquam satis est, ut semper in animo simus comparati ad nos ad Deum in occasionibus occurrentibus elevandos (quò dumtaxat spectare videntur ea, quæ diximus hactenus) verùm insuper oportet, ad hoc ut nos ipsos excitemus, connitendo, bonum aliquem cogitatum in nostro semper corde ut habeamus; ex quo velut proprio argumento jaculatorias atque ardentiores orationes queamus efformare. Ob cuius rei defectum ait noster eximius contemplativus Frater Joannes à S. Samphone, remanemus otiosi, quin sciamus, cui rei intendere debeamus. Non quod impossibile sit, ut nos occupemus, prout asserunt bene multi, sed quia voluntatem non excitamus, ut oportet, circa materias, quæ accendere possent atque inflammare. Atque ista continui atque ardentioris amoris occupatio vita esse deberet animarum, quotquot sunt ad Ordinem Carmeli-